

Te rogamus.

Ut eum longo tempore conservare digneris.

115

Te rogamus.

17. Finita letania surgat consecrandus et vadat ante archiepiscopum. Cui humiliter inclinatio episcopis undique circumstantibus dicat antistes:

Oremus.

120

*Deus*¹²⁹, *in cuius manu corda sunt regum et per quem omnium potestatum iura reguntur, inclina ad preces humilitatis nostrę aures misericordię tuę et famulo tuo N. regimen appone sapientię, ut haustis de tuo fonte consiliis et tibi placeat / et suos conterat inimicos. Per dominum. Repli(catio?)*: *Per omnia secula seculorum. Amen.*

125

18. *Dominus*¹³⁰ *vobiscum. Et cum spiritu tuo.*

Sursum corda. Habemus ad dominum.

Gratias agamus domino deo nostro.

Dignum et iustum est.

*Vere dignum et iustum est, equum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, domine sancte pater omnipotens eterne deus. Honorum*¹³¹ *dator, dignitatum omnium distributor, origo luminis et auctor totius bonitatis. Qui*¹³² *Abraham fidelem famulum tuum de hostibus triumphare fecisti, Moysi et Iosue populo prelati multiplicem victoriam tribuisti, humilemque*^m *David puerum tuum regni fastigio sublimasti et Salomonem sapientię pacisque ineffabili munere ditasti. Respice, quesumus, ad preces humilitatis nostrę et super hunc famulum tuum N., quem supplici devo/tione de tuo munere confidentes principem consecramus, benedictionum tuarum dona multiplica eumque dextera*ⁿ *tue potentię semper ubique circumda. Quatenus predicti Abrahę fidelitate firmatus, Moysi mansuetudine fretus, Iosue fortitudine*

130

135

m) *Hs. humileque.*

n) *Hs. dextere.*

129) *Das Gebet kommt bei der Königskrönung im PRG 72 nicht vor, aber fast in jedem Ordo der Kaiserkrönung, vgl. ELZE, Ordines coronationis imperialis, Register S. 188; hier wird zum Text-Vergleich Ordo 8,3 (ELZE S. 17) herangezogen.*

130) *Das Folgende ist eine Präfation; die responsoriale Einleitung und das Incipit (Dominus – Z. 131 deus) entsprechen dem Meßformular, vgl. z.B. Qualiter missa Romana caelebratur im Sacramentarium Gregorianum, ed. Jean DESHUSSES, Le Sacramentaire Grégorien 1 (Spicilegium Friburgense 16, 21979) S. 86.*

131) *Die Wendungen Honorum – distributor und auctor totius bonitatis sind in der Gebetsprache geläufig, vgl. Corpus orationum 2, Nr. 1109 bzw. 1289 (CC 160A, S. 120 bzw. 200).*

132) *Qui – Z. 141 incedat: PRG 72, 11 (VOGEL/ELZE 1 S. 250 Z. 20 – S. 251 Z. 4).*